

NUNquam excidit, id est, quantum est ex se, non cessat, non destruitur, non moritur: in celo enim pericitur, non destruitur. Dicitur, quantum est ex se; et indicatur, quod sponte sua hominem non deserat, nisi per peccatum mortale expellatur. Secis est de plerisque ceteris donis et gratis, quae abolenda sunt.

SIVE PROPHECIAE EVANGELIUM, Graec., *otiose reddentur*: nullus in celo curum erit usus. Ibi non erit futurorum praedictio, nec obscurorum explicatio: sed omnes praesentissimam et clarissimam rerum cognitionem habebunt in Verbo.

SIVE LINGUAE CESSABUNT. Huius doni nullus tunc erit usus, quia nullus ibi erudiendus. Linguae ergo peregrinae et variae cessabunt in celo, omnes una voce Deum laudabunt: Sanctus, sanctus, sanctus.

SIVE SCIENTIA DESTRUETUR. Scientia, scilicet, nostra theologica, obscuris fidei principiis innixa, et consequenter obscura, adveniente lumine gloriae dissipabitur.

VERS. 9. — EX PARTE ENIM COGNOSCIMUS... Probat quod dixit, scientiam et prophetiam destruendas, de quibus major videtur esse dubitandi locus. Probat autem 1<sup>o</sup> ex imperfectione illarum. Pars rationem habet imperfecti, ait D. Thomas. Revera in versu sequenti opponitur ei, perfectum. Hinc Syr.: *Modicum enim ex nullo cognoscimus, et modicum ex multo prophetamus*. Omnis ergo nostra cognitio de Deo, rebusque divinis imperfecta est, tunc quia parva et modica, quanta enim ignorant doctissimi! tum quia obscura,

motum a notitia beatorum erit illis annuntiandum aut exponendum.

SIVE LINGUAE CESSABUNT. Non dicitur linguam cessaturam, sed linguas. Non enim post resurrectionem cessabit usus linguae corporae; id est, locutio sensibilis: sed non erunt ibi genera linguarum, ac proinde nec donum linguarum. Una ergo remanebit lingua qua omnes utentur in celo, eaque futura Ihebraea, qua usus fuit Adam in statu innocentiae.

SIVE SCIENTIA DESTRUETUR. Scientia, id est, cognitio, scilicet, ut Chrysost., Theod., Theophyl., imperfecta, obscura et aenigmatica, ut ait Paulus, v. 12: puta fides et quiddam hinc nuntium, qualis scientia est theologica nostra, quae ex principiis fidei conclusiones deducit: haec omnis in celo cessabit. Nam erit ibi alia specie theologia, utpote ex visione Dei et principis evidentissimae evidentissima. Ita Cajetan., Molina, Vasquez, et alii initio primae partis.

Scientia destruetur dicitur, quia donum scientiae, de quo dictum est cap. superiori, *alii datur sermo scientiae*, non habebit usum ad proximos in futuro saeculo, quando fide in speciem conversam, perfectam adimplebitur illud serm. 51: *Non docebit ultra vir proximum suum. Omnes enim cognoscemus me a minimo eorum usque ad maximum*.

VERS. 9. — EX PARTE ENIM COGNOSCIMUS, etc. Ex parte, hoc est, imperfecte. Syrus vocat: *Modicum ex nullo cognoscimus*; hoc enim modicum et imperfectum, quod partim per scientiam, partim per prophetiam cognoscimus, opponit perfectum, versu sequenti, id est, perfecta visioni et cognitioni Dei in se, et omnium in Deo. Quia revera totum quod est Dei et omnia eius attributa et perfectiones in hac vita non cognoscimus, sed soli et omnes beati illa cognoscunt: idque probat exemplo parvuli, qui uti atate, ita scientia adolescent; beati enim scientia sunt quasi viri, cum in ea nos simus pueri.

VERS. 10. — CUM AUTEM VENERIT ID QUOD PERFECTUM

utpote in fide fundata. Prophetarum item cognitio imperfecta; quia pauca tantum et aliqua, non omnia eis revelantur; et obscure tantum sub integumento symbolorum, verborum, idearum, imaginum et aenigmatum.

VERS. 10. — CUM AUTEM VENERIT QUOD PERFECTUM... Cum ergo advenerit lumen gloriae, et per illud clara divinae essentiae visio, evanescent scientia imperfecta et theologiae et prophetiae. Omnes tunc perfecte et clare cognoscent veritatem.

VERS. 11. — CUM ESSEM PARVULUS... 2<sup>o</sup> hoc idem probat et illustrat similitudine. Status huius vite praesentis est quasi pueritia, imò infantia; vita futura est quasi status virilis. Nunc quasi infantes halutimus, pueriliter cogitamus et sentimus; tunc autem ut viri cogitabimus, loquemur, discurremus, iudicabimus.

CUM ESSEM PARVULUS, seu infans, LOQUEBAR UT INFANS, balbutiendo; SAPIEBAM, sentiebam UT PARVULUS, imprudenter. COGITABAM UT PARVULUS, vana et puerilia.

QUANTO AUTEM FACTUS SUM VIR plene aetatis, abolevi, abieci cogitationes, sensus et modos pueriles, obliteravi puerilia; animumque virilem indui. Ita et nunc quasi pueri de Deo rebusque divinis cogitamus, balbutimus; ubi vero statum perfectum attingimus, cessabit imperfecta et obscura cognitio, succedet perfecta, claraque visio.

VERS. 12. — VIDEMUS NUNC PER SPECULUM... 3<sup>o</sup> Probat altera similitudine. Syr., *nunc quasi per speculum est*, etc. Imperfecta mutabitur in perfectam, eadem numero permanens. Quanto enim perfectius cognoscitur Deus, tanto magis amabitur et ipse, et in eo omnes electi.

VERS. 11. — CUM ESSEM PARVULUS, id est, puer, qui nunc incipit loqui, cogitare, moliri, conari, audere, ludere, et agere aliquid, uti facimus nostri parvuli.

LOQUEBAR UT PARVULUS, id est, omnia haec agebam imperfecte, prout imperfectus in parvulo seu puero infante est usus rationis. SAPIEBAM, id est, sentiebam. Parvuli enim, id est, infantes, non habent sapientiam, sed sensum. Quasi dicat: Sicut parvulus existens cogitavit et sapivi, et sensi ut parvulus, sed factus vir, cogitavit et sapivi ut vir: ita, cum venerit quod perfectum est, id est, perfecta in celo sapientia, evacuabitur partialis et imperfecta scientia, quam in hac vita habemus; ut qui hic scientia sumus pueri, in celo eadem simus viri.

QUANTO AUTEM FACTUS SUM VIR, evacuavi quae erant parvuli. Aliqui vir factus, linguam abolevi, abieci, ac missas feci istas imperfectiones: et cepi loqui, sapere, cogitare ut vir. Ita nos in hoc saeculo, tanquam in pueritia, de Deo ac mysteriis divinis loquimur, sapimus, et cogitamus obscure et imperfecte: quia solam de his habemus fidei cognitionem, quae per se obscura et imperfecta est. *Diam enim sumus in corpore hoc mortali, per fidem ambulantes, et non per speciem*, 2 Cor. 5. Simul atque vero futuri saeculi statum illum beatum attingimus; omnem istam loquendi, sapienti, cogitandi imperfectionem, quam secum trahit notitia fidei, prorsus abieciemus: fide scilicet in visionem, et spe in apprehensionem commutata.

VERS. 12. — VIDEMUS scilicet Deum et divina, quibus salvi et beati sumus, ut patet ex serm. 1) nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Item eandem declarat Apostolus alia similitudine, nempe videmus specularis et obscurae, collate cum visione

cernimus in aenigmate, etc.

NUNC, in praesenti vita, Deum VIDEMUS.

PER SPECULUM, non in se, non directe, et immediate; sed indirecte et per radios reflexos, ex creaturis, ex Scripturis. *Per speculum fidei obscurum; et ideo in aenigmate, in involucre aenigmati, in umbrosis similitudinibus, difficulter et obscure*. Aenigma, propositio obscura, obvoluta et cognita, seu penetrata, difficilis.

TUNC AUTEM FACIE AD FACIEM, id est, in se clare, distincte, immediate in sua essentia.

NUNC COGNOSCO EX PARTE, id est, pauca et imperfecte, tunc autem perfecte, distincte, late mihi patebunt omnia. Deum intueor, sicut me Deus intue-

clarat et directe. Videmus igitur nunc tanquam per speculum, et tanquam in aenigmate: quia Deum ac res divinas in hoc saeculo cognoscimus admodum imperfecte. Cum res in speculo representata nihil perfecte videatur, quam si eam directe in seipsa contueamur. Imperfectionem adhuc auget quod addit, in aenigmate. Per hoc enim non solum obscuritas significatur, sed etiam cognoscendi difficultas. Nam aenigma proprie questio est seu propositio, qua sub involucri signorum quaeritur aut dicitur aliquid: quae proinde ad conjectandum et explicandum difficilis est. Hic agit de notitia Dei et mysteriorum quam per fidem habemus, perque eam scientiam quae inter Spiritus sancti charismata numeratur.

Tunc autem facie ad faciem, subaudi, videbimus. Alludit ad Moysen, de quo dicitur Exod. 33: *Loquebatur ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum*. Et Num. 12: *Ore ad os loqueretis palam, et non per aenigmata et figuras* (uti alii prophetae) Dominum videt. Significatur visio perfecta, qua nimirum videtur res in seipsa, et sicut est, ut loquitur Joann. 1 Epist., c. 3, id est, non tantum in similitudine, sed per suam ipsius essentiam. Theophylactus appellat notitiam omnino revelatam.

Nunc cognosco ex parte, imperfecte, ut dixi v. 9. Ex parte nunc se cognoscere dicit: non solum quia pauca cognoscit ex multis, id est, mysteriorum partem ali-

Pro corollario pietatis, seu

Charitas ergo omnium virtutum maxima: tum quia maximè necessaria, v. 1, 2, 5; tum quia maximè utilis, v. 4, 5, 6, 7; tum quia maximè duratura, v. 8, 9, 10, 11, 12, 15. Hinc omnibus preferenda, et ideo praeter ceteris desideranda, quaerenda, custodienda,

#### CAPUT XIV.

1. Sectamini charitatem; aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.

2. Qui enim loquitur linguam, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit; spiritu autem loquitur mysteria.

3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, et exhortationem, et consolationem.

4. Qui loquitur linguam, semetipsum aedificat; qui autem prophetat, Ecclesiam Dei aedificat.

5. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam major est qui prophetat, quam qui loquitur linguis; nisi forte interpretetur, ut Ecclesia aedificationem accipiat.

6. Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi volis loqui aut in

tur: ipsum video sicuti est, et in sua essentia, sicut me videt in mea essentia et ut sum a parte rei, clarissime et distinctissime. Intellegi, simili cognitione, non aequali. Nec enim Deum comprehendam.

VERS. 15. — NUNC AUTEM MANENT FIDES... Denique Apostolus charitatem elevat supra fidem et spem. Nunc quidem FIDES, SPES, CHARITAS. Ad justificationem necessariam requiruntur in omnibus, TRIA haec, non unum tantummodo, aut alterum; sed tria simul: non in aliquibus tantum, ut, v. g., prophetia, donum linguarum; sed in omnibus. In his autem maxima et praestantissima est charitas, regina, formaque virtutum, sine qua ceterae sunt informes, mortuae et inutiles.

quam, non omnia mysteria; sed etiam quod ea qua sibi sunt revelata, cognoscit imperfecte et obscure; nimirum per fidem, quae est argumentum non apparentium, Hebr. 11. Quem sensum voluit tam ea quae proximè praecedunt de speculo et aenigmate, quam hoc quod sequitur, sicut et cognitus sum. Locum hunc Augustinus, lib. 12 de Trinitate, cap. 14, ita legit, *nunc scio ex parte*: dicitque sapientiam, qua Deum contemplantur, hic vocari scientiam.

Tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum, q. d.: Tum in celo perfecte cognoscam et intueor Deum sicuti est in sua essentia, et reliqua Dei et fidei mysteria, sicut ipse me movit et intuetur hoc quod sum per meam essentiam. Haec Anselm., Theophyl., Cajetan., Ambros., et Theodoret.; *cognoscam, inquit, sicut et cognitus sum*, id est, sicut notus et familiaris, qui vultum amici clare intuetur.

VERS. 15. — Nunc autem manent, fides, spes, charitas; tria haec: major autem horum est charitas. Nunc, hoc est, adhaec, scilicet in praesenti vita, charitas enim hoc capite docuit Paulus, fidem, spem et claritatem hic manere, sed in patria solam charitatem.

Major autem horum est charitas. Eadem sola nunquam excidit, sed permanet in patria: quando et fides in visionem, et spes in apprehensionem commutabuntur.

conclusio sequens ex dictis.

colenda, perficienda. Vide in initio capitis sequentis. An autem illam habeamus, agnosce ex effectibus, de quibus in v. 4, 5, 6, 7, huius capitis. Vide praesertim dicta in fine versus septimi.

#### CHAPITRE XIV.

1. Recherchez avec ardeur la charité; désirez les dons spirituels, et surtout celui de prophétiser.

2. Car celui qui parle une langue inconnue ne parle pas aux hommes, mais à Dieu; puisque personne ne l'entend, et qu'il parle en esprit des choses cachées.

3. Mais celui qui prophétise parle aux hommes pour les édifier, les exhorter et les consoler.

4. Celui qui parle une langue inconnue s'édifie seulement lui-même; celui qui prophétise édifie l'Eglise.

5. Je souhaite que vous ayez tout le don des langues, mais encore plus celui de prophétiser; parce que celui qui prophétise est préférable à celui qui parle une langue inconnue, si ce n'est qu'il interprète ce qu'il dit, afin que l'Eglise de Dieu en soit édifiée.

6. Aussi mes frères, quand j'viendrais vous parler en des langues inconnues, quelle utilité vous apporterais-je, si ce n'est que je vous parle en vous instrui-

revelatione, aut in scientiâ, aut in prophetiâ, aut in doctrinâ?

7. Tamen quæ sine animâ sunt vocem dantia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?

8. Etenim si incertam vocem det tula, quis parabit se ad bellum?

9. Ita et vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? critis enim in sera loquentes.

10. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc modo; et nihil sine voce est.

11. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus; et qui loquitur mihi barbarus.

12. Sic et vos, quoniam annulatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesie querite ut abundetis.

13. Et ideo qui loquitur linguâ, oret ut interpretetur.

14. Nam si orem linguâ, spiritus meus orat; meus autem mea sine fructu est.

15. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo et mente: psallam spiritu, psallam et mente.

16. Cæterùm si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicit: Amen, super tuam benedictionem, quoniam quid dicas nescit?

17. Nam tu quidem benè gratias agis, sed alter non edificatur.

18. Gratias ago Deo meo quòd omnium vestrum linguâ loquor.

19. Sed in ecclesiâ volo quinque verba sensu meo loqui, ut et alios instruam, quàm decem milia verborum in lingua.

20. Fratres, nolite pueri effici sensibus; sed militiâ parvuli estote; sensibus autem perfecti estote.

21. In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquitur populo laute; et nec sic exaudient me, dicit Dominus.

22. Itaque lingue in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.

23. Si ergo conveniat universa Ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles, nonne dicent quòd insanitis?

24. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convinctur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

25. Occulta cordis ejus manifesta fiunt; et ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quòd verè Deus in vobis sit.

26. Quid ergo est, fratres? cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet. Omnia ad ædificationem fiant.

27. Sive linguâ quis loquitur, secundum duos, aut ut multum tres, et per partes, et unus interpretetur.

28. Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesiâ, sibi autem loquat et Deo.

29. Prophete autem duo aut tres dicant, et cæteri

sunt, ut par la révélation des choses cachées, ou par la science, ou par la prophétie, ou par la doctrine?

7. Les choses inanimées qui rendent des sons, comme le hautbois et les harpes, si elles ne forment des tons différents, comment pourra-t-on distinguer ce que l'on joue sur ces instruments?

8. En effet, si la trompette ne rend qu'un son confus, qui se préparera au combat?

9. De même, si la langue que vous parlez n'est intelligible, comment pourra-t-on savoir ce que vous dites? Vous ne parlerez qu'en l'air.

10. Car il y a tant de diverses langues dans le monde, et il n'y a point de peuple qui n'ait sa langue particulière.

11. Si donc je n'entends pas la force des mots, je serai barbare à celui à qui je parle; et celui qui parle me sera barbare.

12. Ainsi, puisque vous avez tant d'ardeur pour les dons spirituels, désirez d'en être enrichis pour l'édification de l'Église.

13. C'est pourquoi que celui qui parle une langue demande à Dieu le don de l'interpréter.

14. Car si je prie en une langue étrangère, mon cœur, à la vérité, prie; mais mon esprit est sans fruit.

15. Que ferai-je donc? Je prierai de cœur, mais je prierai aussi avec intelligence; je chanterai de cœur des cantiques, mais je les chanterai aussi avec intelligence.

16. Que si vous ne louez Dieu de cœur, comment celui qui tient la place du peuple répondra-t-il Amen, à la fin de votre action de grâces, puisqu'il n'entend pas ce que vous dites?

17. Ce n'est pas que votre action de grâces ne soit bonne, mais les autres n'en sont pas édifiés.

18. Je loue mon Dieu de ce que je parle toutes les langues que vous parlez.

19. Mais j'aime à me en dire dans l'Église que cinq paroles dont j'aurais l'intelligence pour en instruire aussi les autres, que d'en dire dix mille en une langue inconnue.

20. Mes frères, ne soyez point enfants pour n'avoir point de sagesse, mais soyez enfants pour être sans malice, et soyez sages comme des hommes parfaits.

21. Il est dit dans l'Écriture: Je parlerai à ce peuple en des langues étrangères et inconnues, et après cela même ils ne m'entendront point, dit le Seigneur.

22. Ainsi les langues inconnues sont un signe, non pour les fidèles, mais pour les infidèles, et le don de prophétie, au contraire, n'est pas pour les infidèles, mais pour les fidèles.

23. Si donc toute une Église étant assemblée en un lieu, tous parlent diverses langues, et que des ignorants ou des infidèles entrent dans cette assemblée, ne diront-ils pas que vous êtes des insensés?

24. Mais si tous prophétisent, et qu'un infidèle ou un ignorant entre dans votre assemblée, tous le convainquent, tous le jugent.

25. Le secret de son cœur est découvert, de sorte que, se prosternant le visage contre terre, il adorera Dieu, reniant témoignage que Dieu est véritablement parmi vous.

26. Que faut-il donc, mes frères, si, lorsque vous vous assemblez, l'un est inspiré de Dieu pour chanter un cantique, l'autre pour instruire, un autre pour révéler les secrets de Dieu, un autre pour parler une langue inconnue, un autre pour l'interpréter? que tout se fasse pour l'édification.

27. S'il y en a qui aient le don des langues, qu'il n'y en ait point plus de deux ou trois qui parlent en une langue inconnue, et qu'ils parlent l'un après l'autre, et qu'il y ait quelqu'un qui interprète ce qu'ils auront dit.

28. Que s'il n'y a point d'interprète, que celui qui a ce don de parler les langues inconnues se taise dans l'Église, et qu'il ne parle qu'à lui-même et à Dieu.

29. Pour ce qui est aussi des prophètes, qu'il n'y en

dijudicent.

50. Quòd si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat.

51. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes dicant, et omnes exhortentur:

52. Et spiritus prophetarum propheti subjecti sunt.

53. Non enim est dissensionis Deus, sed pacis; sicut et in omnibus ecclesiis sanctorum deoco.

54. Mulieres in ecclesiis taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit.

55. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesiâ.

56. An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos pervenit?

57. Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.

58. Si quis autem ignorat, ignorabitur.

59. Itaque, fratres, amulamini prophetare; et loqui linguis nolite prohibere.

60. Omnia autem honestè et secundum ordinem fiant.

ait point plus de deux ou trois qui parlent, et que les autres en jugent:

50. Que s'il se fait une révélation à un autre de ceux qui assistent, que le premier se taise.

51. Car vous pouvez tous prophétiser l'un après l'autre, afin que tous apprennent et que tous soient consolés.

52. Aussi les esprits des prophètes sont-ils soumis aux prophètes.

53. Car Dieu n'est pas un Dieu de trouble et de confusion, mais un Dieu de paix, et c'est ce que j'en-seigne dans toutes les églises des saints.

54. Que les femmes se laissent dans les églises, parce qu'il ne leur est pas permis d'y parler, mais elles doivent être soumises selon que la loi l'ordonne.

55. Si elles veulent s'instruire de quelque chose, qu'elles le demandent à leurs maris lorsqu'elles seront dans leurs maisons; car il est honteux à une femme de parler dans l'église.

56. Est-ce de vous que la parole de Dieu est sortie, ou les seuls à qui elle soit venue?

57. Si quelqu'un croit être prophète ou spirituel, qu'il reconnaisse que les choses que je vous écris sont des ordonnances du Seigneur.

58. Si quelqu'un veut l'ignorer, il sera lui-même ignoré.

59. Ainsi, mes frères, désirez surtout le don de prophétie, et n'empêchez pas l'usage du don des langues.

60. Mais que tout se fasse dans la bienséance et avec ordre.

#### ANALYSIS.

Ex dictis de charitatis excellentiâ in capite decimo tertio, 1<sup>o</sup> concludit charitatem ante omnia desiderandam esse, et ardens conatu insectandam: charismata autem ex charitate appetenda, ac maxime prophetiam.

2<sup>o</sup> Multis rationibus, et similitudinibus probat, à v. 2 usque ad v. 25, prophetiam dono linguarum, quò maxime gloriantur Corinthii, præferendam esse; quia utilior est ad ædificationem, v. 2, usque ad 13. Utilior ad orationem, tum privatam, tum publicam, à v. 14 usque ad 17. Ab utilitate Paulus dijudicat de donis, et Corinthios hortatur ut similiter judicent, v. 18, 19, 20. Utilior denique, quia fidelibus prodest, et infidelibus, nullique nocet unquam: donum verò linguarum, quod propter infideles convertendos, datum est Ecclesiæ; illis non semper prodest; imò aliquando nocet infidelibus et fidelibus idiotis, à versu 21, usque ad 26.

3<sup>o</sup> Modum præscribit Apostolus, quo in Ecclesiâ donis illis uti debeant. 1<sup>o</sup> Statuit in genere, ut illis ad Ecclesiæ ædificationem utantur; 2<sup>o</sup> circa donum linguarum statuit, ut duo, aut tres ad summum, successivè

loquantur, et unus interpretetur: quòd si desit interpres; taceat ille, qui linguarum donum habet; 3<sup>o</sup> circa donum prophetiæ statuit ut duo, aut tres prophetæ successivè loquantur: cæteri verò prophetæ discernant ac judicent de eo, quòd à prophetantibus dicitur, v. 27, 28, 29. Quòd si tunc temporis nova fiat alicuius audientium revelatio; taceat qui prophetabat, et huic dei locum, nec dicat: Non possum tacere: siquidem spiritus prophetiæ subjectus est prophetis, v. 30, 31, 32, 33.

4<sup>o</sup> Mulieribus in Ecclesiâ silentium penitus indicit, ita ut nec possint interrogare: cuius statuti variis dat rationes, v. 34, 35, et quia contrarium fcebat apud Corinthios, illos acriter objurgat, v. 36.

5<sup>o</sup> Statuta sua asserit esse Domini mandata; quæ, ut talia, debent ab omnibus, etiam prophetis, suscipi et observari, v. 37, 38. Illa omnia ad tria reducit: primum, ut donum prophetiæ præsertim expectent; secundum, ut donum linguarum non supprimant; tertium, ut omnia fiant honestè et ordinatè, v. 39, 40.

#### PARAPHRASIS.

1. Cum tanta sit charitatis utilitas et excellentia, hæc super omnia ardentè desiderate, et omni vestro conatu insectamini: spiritualia nihilominus charismata ne negligatis, sed ex charitate appetite, maxime verò utiliora; ac ideo prophetiæ donum, quod multò utilius est dono linguarum:

2. Qui enim linguâ ignotâ loquitur, soli Deo loquitur, cuius laudes verbis peregrinis profert; hominibus verò non loquitur, qui eum non intelligunt: sancto tamen afflatus Spiritu, loquitur divina secreta, et ideo reverendus.

3. Qui verò prophetæ munere fungitur, non Deo tantum loquitur, sed et hominibus, quos suis sermonibus edificat, adhortatur et solatur: hominibus ergo utilior est propheta, quàm qui linguis loquitur.

4. Hic sibi soli prodest, semetipsum devotionis affectu, et eorum que dixit intelligentiâ, ædificando: ille toti prodest Ecclesiæ, quam sermonibus suis edificat: quanta ergo inter utrumque utilitatis differentia!

5. Ne propter hæc tamen putetis quòd linguarum donum deprecare velim; illud tantum facio, ut optatim ego, si Deo placeat, vos omnes linguis loqui: hoc donum magnum est, et à Spiritu sancto est: sed, ut dixi v. 1, magis opto, ut prophetiæ donum, quod utilius et præstantius est, habeatis: major enim est

(Pngl.)

qui prophetam agit, quam qui linguis loquitur: nisi is statim vulgari lingua interpretetur que dixit, ut inde Ecclesie edificationem accipiat; tunc enim ille par est propheta.

6. Ut hujus interpretationis necessitatem clarius intelligatis; supponamus quod nunc primum ad vos veniam, linguisque tantum ignotis loquar; quid inde percipietis utilitatis; nisi sic loquar vobis, ut vel alias et arcanas quasdam veritates aperiam per sapientia donum; vel per scientia donum res fidei reddam vobis intelligibiles; vel per prophetiam abstrusiora Scripturae loca vobis explicavero; vel quod proprio studio didici, vobis communicem methodico modo, seu catechistico?

7. Alia non desunt exempla, quibus rem eandem reddam vobis sensibilem; videte instrumenta inanimata, sonum tamen voci similem reddentia; sive tibia sit et alia hujusmodi, que flatu resonant, sive cythara et alia que tactu pulsantur et sonant; hec omnia si tantum sonent, et distinctos non dederint sonos; quid proderunt, cum nullus agnoscat quid aut tibia, aut cythara canitur?

8. Similiter et tuba, que vox quedam est publica, si sonitum confusum et indistinctum dederit, quis miles ad pugnam sese preparaverit?

9. Sic igitur et vos linguis loquentes ignotis, nisi per interpretationem sermonem vestrum reddatis intelligibilem, quomodo quis percipiet quod dicitis? sane vocem in aera spargitis inutiliter, nihil proficitis.

10. Et revera tam multa et tam varia sunt idioma genera in mundo, nulla quippe ratio sine suo idiomate propria.

11. Si ergo nesciero vocem significationem, ero illi qui meam linguam non novit, barbarus, et ipse mihi barbarus erit;

12. Propterea vos, o Corinthii, cum spiritualium charismatum aemulatores sitis, optate ut ea habeatis, unde major Ecclesie proveniat utilitas.

13. Ac proinde qui donum habet linguis ignotis loquendi, a Deo petat gratiam interpretandi (tunc enim utilior erit, non ad exhortandum tantum, sed et ad orandum).

14. Nam si ego, v. g., orem lingua mihi ignota, affectus quidem meus a Spiritu sancto motus orat; sed mens intellectus, quia verba non intelligit, sine fructu refectionis est: mercor quidem, sed non reficior.

15. Quid ergo faciendum? dabo operam ut non cordis affectum tantum orem, sed et mentis intelligentia; ut Dei laudes canam, et devotionis affectu, et mentis attentione.

16. Alioquin, id est, nisi donum habeas interpretandi, si Deum publice laudaveris, laudes eius linguam profertis aliis ignota, quomodo qui rudis populi locum tenet, isqueque rudis et illiteratus, in fine precantuarum, quas non intellexit, respondet? *Quia.*

17. Tunc quidem laus et Dei honoratio sancta est, Deo grata, et tibi meritoria; sed ex ea proximus non audivit, quia non percipit eam; proinde ergo, ut qui dono linguarum datur a tibi gratia interpretandi

tionis, ut utilior sis et exhortationibus, et orationibus.

18. Quod ad me, gratias ago Deo meo, quod nullum sit apud vos sermonis genus, quod ego non intelligam et loquar; hoc Dei donum est, illudque pluris facio:

19. Sed nihilominus malo in fidelium cetero, pauca verba a me intellecta, et aliis a me explicata loqui ad eorum instructionem, quam innumera proferre in lingua auditoribus meis ignota.

20. Huic nostro sensui et iudicio conformamini, fratres charissimi; et ne in posterum, sicut pueri, de rebus iudicetis ex apparentia; sed ex utilitate, sicut viri prudentes; et consequenter prophetia donum, utpote omni modo utilem dono linguarum praeferte, illudque magis appetite. Opto quidem vos repaerescere, non quoad inopiam iudicii, sed quoad innocentiam animi; volo autem vos prudentia et iudicio viros esse perfectos.

21. Hoc meum iudicium et desiderium Scripturae testimonio conforme est; Isaie enim 28, v. 11, 12, scriptum est: Variis linguis et diversis idiomatibus loquar populo huic Iudaeo, nec tamen ad me convertentur.

22. Hoc probat donum linguarum, quod Ecclesiae datum est, non propter fideles praecipue; sed praesertim propter infideles convertendos, non suum semper effectum habere; prophetiae vero donum, quod datum est Ecclesiae praecipue propter fideles confirmandos, promovendos et consolandos, hos effectus semper habet in illis; ergo utilis est, et magis appetendum; et eo maxime appetendum, quod sic pluribus prodest, ut nemini noceat. Non ita de linguarum dono, quod aliquando nocet fidelibus et infidelibus.

23. Hoc patebit suppositione facta. Supponamus ergo quod universa quaedam Ecclesia particularis in unum conveniat caetum; et quod omnes, nemine interpretante, linguis loquantur ignotis; supponamus et quod tunc in hunc caetum intrent idiota, linguarum ignari; vel quod aliqui pagani, curiositatis gratia, illic subreant; nonne omnes illi vos insanos reputabunt, qui loquimini quae nullus intelligit? in hoc ergo casu, linguae fidelibus et infidelibus nocebunt.

24. Contrarium prorsus eveniet, si soli prophetae loquantur, et lingua vulgari christianas veritates explicent; tunc enim si quis vel infidelis, vel idiota intraverit, non vos arguet et damnabit, ut supra; sed ipse a prophetentibus arguetur, et damnabitur demonstrabitur.

25. Etenim peccata, quae in corde suo occulta gerit, prophetae divini verbi lumine detegent, eique manifestabunt; unde fiet ut peccatorum suorum, conscientiae tactus, apertus pronus in faciem, sequae peccatorum agnoscat, Deum pro misericordia obtinenda, lapsus et poenitentiam adorat, palam confitens, quod esse homo per suo dona sit in vobis. Quo casu, prophetae fidelibus et infidelibus prodest.

26. Quid ergo faciendum est? Quoties ad caetus publicos convenitis, quicumque ex vobis divinitus ha-

laudem, vel instructionem populo utilem, vel aliquam revelationem sibi factam, vel donum peregrinis linguis loquendi, vel interpretandi donum, nihil horum negligatur; sed haec omnia decenti ordine, et ad publicam conventus adificationem fiant.

27. Quod ad linguarum donum spectat, detur et illi suus locus; sed ita, ut duo tantum, aut ad summum tres successively in quolibet conventu loquantur; et unus sit semper, qui lingua vulgari explicet populo quae illi lingua peregrina dixerunt.

28. Quod si desit qui possit interpretari, taceat ille, qui linguarum donum habet, expectet que tempus quo possit fructuose uti suo dono; interim sibi soli secreto loquantur et Deo, ceteros vero non perturbet.

29. Quod autem ad prophetas attinet, duo aut tres ex illis successively loquantur; ceteri vero prophetae iudicent verine sint an falsi prophetantium sermones.

30. Quod si, uno propheta, Deus alium ex prophetis audientibus afflaverit, tunc qui prior propheta bat, taceat, et det illi prophetandi locum.

31. Si hic servetur modus et ordo, poteritis omnes ordine vestro prophetare, ut omnes instructionem et exhortationem a vobis accipiant.

32. Nec est quod quis dicat: Divinitus urgeor, ideo nec tacere, nec differre possum; etenim spiritus prophetiae subditus est prophetis; liberè loquantur et taceant.

33. Nam Deus est pacis spiritus, non tumultus et dissidii; esset vero dissidii spiritus, si omnes ad simul loquendum sic impelleret, ut liberi non essent; unus ergo post alterum loquatur, sicut in omnibus ecclesiis doceo.

## COMMENTARIA.

Vers. 1. — SECTAMINI CHARITATEM; Graec., *persequeamini*, etc.; Syr., *currite post charitatem*. Conclusio sequens ex dictis in toto capite praecedenti. Cum charitas tantae sit necessitatis, tantaeque utilitatis; et ideo tantae super omnia charismata excellentiae: hanc, fratres, omni studio, omnique conatu insectemini, donec apprehendatis eam.

ÆMULAMINI, Graec., *autem*, id est, ne tamen negligatis, sed amate, appetite. SPIRITUALIA, supple charismata. MAGIS AUTEM, id est, maxime vero donum prophetandi, donum docendi et explicandi mysteria fidei, Scripturasque sacras et eorum latentis sensus explanandi, ut dictum est cap. 12, v. 10, et ut patet ex sequentibus vers. 5 et 6. Perfectam prophetiae descriptionem vide apud Cornelium a Lapide et apud Estium.

## Mens D. Pauli.

Paucis hic multa conficit Apostolus.

1<sup>o</sup> Corinthios, donorum aemulatores, docet ante omnia, charitatem ardenti studio appetendam esse; et omni conatu persequendam, donec habeatur; haec sola sufficit; sine hac omnia nihil; ideo eam per-

Vers. 1. — *Sectamini charitatem*. Quoniam, inquit, charitas tam excellens et necessaria virtus est, eam *sectamini*, vel, ut graece est, *persequeamini*. Significat

34. Quod ad mulieres haec in re spectat, taceant omnino in ecclesiis; nec enim illis alicubi in Scripturis permittitur esse publice loqui, aut concionari; sed in lege praecipitur eis ut viris suis subditi sint; suam ergo subjectionem suo testentur silentio.

35. Quod si quid non intellexerint, illudque velint addiscere, domi maritos suos interrogent; in ecclesiis vero nec doceant, nec interrogent; quia prorsus indecorum est mulierem in coetibus sanctorum loqui.

36. Quam ob causam, o Corinthii, ritum ab omnibus observatum, vos non servatis? An a vobis processit Evangelii praedicatio, ut aliorum sitis exemplar, ceterique ad morem vestrum astringantur? aut ad vos solos pervenit Evangelium, ut pro vobis libitu, nulla ad alios habita ratione, ritus ordinetis?

37. Si quis apud vos videtur esse propheta, vel a sancto Spiritu afflatus, sciat et cognoscat que scribo vobis, et apprehendat quod Christi Domini mandata sunt, non mea; etenim non ex me, sed ex eius Spiritu et voluntate haec statuo.

38. Si quis autem hoc ignorat, aut ignorare vult, ut contradicat, sciat quod vicissim a Christo Domino ignoscat, in die scilicet, qua sibi dicenti: Domine, in nomine tuo prophetavi, respondebit: Non novi vos.

39. Itaque, ut tribus verbis totum hunc sermonem concludam, optate et expetite praecipue prophetia donum, quia utilius. Dono linguarum praeditos non prohibeatis loqui, eo quo statui ordine et modo.

40. Omnia in vestris coetibus honeste et ordinata fiant.

quimini. Qui persequitur, illud solum videt quod persequitur, et ad illud tendit et non desistit, donec ceperit, ait D. Chrysostomus; et ideo dicit Apostolus, *persequeamini eam*. Hoc nos quoque faciamus, inquit idem Chrysostomus.

## Observatio moralis.

Hoc ergo et nos quoque docet Apostolus: *Super omnia charitatem habete*, Coloss. 3. Charitas, virtutum regina, vos Deo conjungit, Deo similes efficit, Dei filios constituit; ob eam et per eam, omnia vobis proficiunt ad salutem; sine hac, omnia nihil sunt. Charitatem ergo toto vitae tempore persequamini, custodite, colite, perficite. Abscessit a vobis? toto nisu, totisque viribus currite post eam, nec desistite, donec apprehendatis. Assueti estis illam? amplectimini, custodite diligenter, ne sicut ei rebelles unquam, sed semper obtemperantes. Assidue resiliit a vobis, quia non ad id quod oportet, ea utimur, sed omnia ei preferimus, ait D. Chrysostomus. Ut ergo non discedat, nec vos deserat unquam, eam nusquam deserite, sed semper colite, eam omnibus praeferte; omnia vestra, iuxta eius motus et praescripta, facite. *Omnia vestra in charitatem studium charitatis; ut eam insectemur*, perinde ut venator feram insequitur.

Æmulamini spiritualia. Sensus: Non prohibeo quo-

ritate fant. Custodistis illam? perficite. *Ambulate in dilectione*, ait Apostolus. Non sufficit in charitate esse, sed ambulandum in charitate; crescendum continuè per bona opera, in charitate et ex charitate facta, per passiones ob Deum toleratas. Hoc agere, est esse verò Christianum; est agere christianè; est perpetuò mereri, continuè ditescere, instantanea et inania in solidas et plenas aternitates convertere. Talibus enim convenit illud Apostoli: *Momentaneum et leve* (actionis et) *tribulationis nostrae, aeternum gloriae pondus operatur in nobis.*

2<sup>o</sup> Eosdem Corinthios docet spiritalia quidem charismata posse desiderari, non ex vanitate, sed ex charitate et aedificandi desiderio. Hinc utiliora magis appetenda.

Hinc prophetandi, seu docendi, donum magis appetendum, quam donum linguis extraneis loquendi.

Quia verò Corinthii hoc linguarum donum pluris faciebant, et de illo maximè gloriabantur, ut erroneam eorum iudicium corrigat Apostolus, eosque ab hæc inani iactantia purget, multis rationibus et similitudinibus probat prophetiam dono linguarum præcellere; ideòque preferendam et magis desiderandam.

VERS. 2. — QUI ENIM LOQUITUR... Prima ratio sumitur à majori utilitate in proximo aedificando. *Qui lingua ignota loquitur*, Deo soli loquitur, seu Deum solum auditorem habet, non verba tantum intelligit, sed et cordis affectum videt. *Seu Deo loquitur*, cuius laudes verbis peregrinis profert, quæque glorificat. Sed nomen ipsum non loquitur, quia ipsum non intelligunt: supponit enim quòd lingua auditoribus ignota loquitur; illis ergo loquitur inutiliter.

SPIRITU TAMEN LOQUITUR MYSTERIA, id est: Spiritu sancto tamen afflatus loquitur mysteria fidei, seu divina secreta, hincque non est contemnendus, quinimò reverendus. Quia hoc donum depressit Apostolus, ostendens non magnam ejus utilitatem esse, ideò rursum extollit, ne videatur frustra datum, ait D. Chrysostomus.

VERS. 5. — NAM QUI PROPHETAT; GRÆC., *prophetans* minis aspiratis ad charismata; quin studium ea consequendi facile vobis permitto. Verum id volo vos facere cum iudicio et ex charitate; non excellendi studio, sed aedificandi. Ut est donum linguarum, gratia sanctorum, et alia.

Magis autem ut *prophetetis*; ut scilicet ex afflatu Spiritus sancti doceatis, dicatis, vel canatis ea, quæ alios ad pietatem excitent. Hoc enim est hic *prophetare*.

VERS. 2. — *Qui enim loquitur lingua* (alià et peregrinà), non hominibus loquitur, sed Deo, qui non solum intelligit verba loquentis, sed etiam inspicit affectum cordis. Quòd hominibus non loquitur, probat: *Nemo enim audit*, videlicet cum intellectu: id est, nullus intelligit ea que loquitur, hæc ipse Spiritu afflatus loquitur subnecta alia mysteria: non est enim qui interpretetur.

Spiritu autem loquitur mysteria. Sed quæres, quo spiritu? Æterque Spiritum sanctum intelligunt. Alii tam ex antiquis quam ex recentioribus, de spiritu hominis interpretantur: ut per spiritum intelligatur affectus animi, ad quem pertinet devotio. Quem spiritum à mente, id est, intelligentià, Paulus in sequentibus aperte distinguit. Ita sensus erit: Eum qui lingua

verò, id est, at qui prophetat, nominibus loquitur, et prodest ad aedificationem... Mysteria quippe fidei et veritates christianas sic explicat, ut auditores aedificet incipientes, hortetur proficientes, soletur afflictos, ait D. Thomas.

Hinc patet quid per prophetam intelligat Apostolus, doctorem scilicet et concionatorem, qui suis sermonibus fideles confirmat in fide, hortatur ad bonum, avertit à malo, solatur in afflictionibus. Equidem futuri prædictio ad prophetiam pertinet; sed et hæc etiam tria munia obierunt antiqui prophetae. Hinc etiam patet quòd sit concionatoris munus: fidelium pietatem nutrire; eos ad bona opera hortari; in necessitatibus solari, huiusque vite miseriam usum docere, ad aeternam felicitatem promerendam.

Ratio his duobus versibus contenta, potest sic in formam redigi: Utilius est Deum simul glorificare, et proximum aedificare, quam Deum glorificare tantum; at qui lingua loquitur ignotis, Deum quidem glorificat; sed proximum non aedificat; qui verò prophetat, Deum glorificat, et proximum aedificat; ergo utilius est prophetare quam linguis peregrinis loqui tantum.

VERS. 4. — QUI LOQUITUR LINGUA... *Qui lingua ignota loquitur*, sibi soli prodest devotione et affectu, quo loquitur; SE SOLEM AEDIFICAT eorum intelligentià que dicit. Loquitur hic Apostolus de iis qui sciunt que dicunt, sed aliis explicare non possunt, D. Chrysostomus.

QUI AUTEM PROPHETAT, fidelium conventus aedificat, illique prodest. Quantum autem interest inter unum et Ecclesiam, tanta est huius et illius differentia, divus Chrysostomus. Hæc ratio quibusdam videtur eadem esse cum precedenti, illiusque paucioribus resumptio; sed si bene attendatur, alia est, et primæ superaddit, quòd prophetia non tantum sit hominibus utilis, sed et maximè utilis, toti scilicet hominum cœtui.

VERS. 5. — VOLO AUTEM... Obviat et occurrit falso præmissorum intellectui, quasi diceret: Ne loquitur occulta quædam, ac sibi non intellecta, loqui cum pio devotionis affectu qui in Deum solentur.

VERS. 5. — *Nam qui prophetat*, etc. Ecce quod dixi, *prophetare* hic est loqui que alios aedificant, exhortantur et consolantur: ac prouidè præstat prophetae quam loqui linguis peregrinis, utpote quas nemo intelligit, ut prouidè nemo his instrui, aedificari, vel consolationem aliquam accipere possit.

VERS. 4. — *Qui loquitur lingua, semetipsum aedificat*, id est, sibi ipsi proficit, uni sibi prodest. Quod si semetipsum aedificat is qui loquitur lingua quam non intelligit; non igitur inutile est aut orare, et laudare Deum verbis non intellectis.

Qui autem prophetat, *conventus Dei aedificat*. Qui prophetat, inquit, concentui fidelium proficit; per hoc nempe quòd loquitur aedificationem, exhortationem, consolationem.

VERS. 5. — *Volo autem* (hoc est, velim, optârim) *omnes vos loqui linguis; magis autem prophetare*, ut scilicet alios ad pietatem excitetis. *Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis; nisi forte interpretetur*, ex ignota lingua in aliquam notam. *Et Ec-*

teis quòd hæc vobis scribens, linguarum donum improbem: quinimò magni facio, et quantum ad me attinet, velim ego, si Deo placeret, vos omnes linguis loqui; sed hæc dico vobis, ut intelligatis quòd magis optare debeatis, nimirum prophetiæ donum, ut primo versu dixi.

NAM MAJOR EST... id est, quia utilior, et ideò dignior est qui prophetat, ignarusque docet, QUAM QUI LINGUIS EXTERNIS LOQUITUR; nisi qui linguarum donum habet, habeat et interpretandi donum, ad aedificationem Ecclesie. Ex hoc versu patet quòd aliquando separabantur hæc duo dona; aliquando etiam in eadem personâ reperiebantur: id est, qui loquebatur linguis, que dixerat interpretabatur; et hic erat par prophetae, ait D. Chrysostomus; et si erat propheta, ait D. Thomas, quia interpretandi cuiuscumque ardui pertinet ad prophetiam. Imò, ut addit D. Thomas, donum linguarum cum interpretatione, melius est quam prophetia, quia utrumque donum simul coniungitur.

VERS. 6. — NUNC AUTEM, FRATRES, SI VENERO... A semetipso sumit exemplum ad supradictorum confirmationem, nempe prophetiam dono linguarum utilior esse, nisi dono linguarum juncta sit interpretatio. Semper in sui personâ, que sunt gravia et molesta agit, ait D. Chrysostomus.

NUNC, id est, et sanè si ego ipse, etc. Ecce egomet, etc. At verò si ego ipse, vobis, fratres, linguis loquar ignotis, quid inde percipietis utilitatis?

NISI VOBIS LOQUAR, id est, nisi que dico, LINGUA VESTRA VOBIS EXPONAM.

AUT IN REVELATIONE, id est, aut per revelationem, veritates altæ, sed obscuras vobis aperiendo dono sapientiæ.

AUT IN SCIENTIA, aut per scientiam, eas vobis sensibiles et quasi palpandas reddendo per rationes humanas et per similitudines et exempla, dono scientiæ.

AUT IN PROPHECIA, id est, aut per prophetiam difficiliora Scripturæ loca vobis explicando more concionatorio.

AUT IN DOCTRINA, id est, aut per doctrinam, veritates Evangelii modo simpliciori et catechistico vos docendo. Quatuor ista possunt ad duo reduci sic: Nisi vos instruem, aut per revelationem, seu per prophetiam, aut per scientiam, seu per doctrinam. Id est, nisi

classis aedificationem accipiat, ipso videlicet interpretante.

VERS. 6. — *Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in revelatione, id est, nisi loquar revelationem, puta expositionem revelationis mihi factæ.*

*Aut in scientiâ, id est, ea que scio per scientiam, vel à Deo infusam, vel studio partam.*

*Aut in prophetiâ, id est, ea que scio per prophetiam, tum proprie dictam, tum improprie: prophetiam, hoc est, occultorum et obscurorum, maximè sacræ Scripturæ, explanationem.*

*Aut in doctrinâ, scilicet per eam docendo et accomodando meum sermonem ad captum auditorum. Sic fere D. Thom. et Theoph.*

VERS. 7. — *Tamen que sine animâ sunt vocem dantis, nam et instrumenta animæ expertia, que sonum reddunt voci similes. Sive tibia, etc., ac si dicat: Nullo modo id intelligi ac discerni poterit.*

quod mihi revelationem est, vobis enuntiam prophetico seu concionatorio modo; vel nisi quòd proptio studio didici, vobis communicem methodico et catechistico modo.

VERS. 7. — TAMEN QUE SINE ANIMA...; Græc., *inanimata*, Syr., *res que sunt inanimata*. Eandem rem elegantè illustrat similitudine, ductâ ab instrumentis, que sunt quedam artificiales et ficticia lingue.

*Tamen*, id est, quin etiam. Nam et instrumenta, animâ sensuque carentia, que sonum tamen reddunt voci similem;

SIVE TIBIA, et alia que flatu pulsantur et sonant; SIVE CYTHARA, et alia huiusmodi que tactu pulsantur et resonant; hæc, inquam, et alia, nisi distinctos sonos dederint, non agnoscerentur id quod aut tibi aut cytharâ canitur.

VERS. 8. — ET ENIM SI INCERTAM... Similiter si tuba, que publica quedam vox est et lingua, sonitum confusum et indistinctum dederit, quis miles ad pugnam aut ad receptum se præparaverit? Alius quippe sonus ad pugnam excitat; alius de recessu monet.

VERS. 9. — ITA ET VOS... lingua scilicet peregrinâ loquentes, NISI MANIFESTUM SERMONEM... id est, nisi per interpretationem, vestrum sermonem reddatis intelligibilem, quomodo ab aliis intelligemini? sanè vocem eritis in aera spargentes; inutiliter loquemini, nihilque proficietis.

Quot hodîe in aera loquentes! quia loquuntur, non ut ab hominibus intelligantur, cunctisque proficiant, sed ut docti, sublimes videantur, et ut tales, admirationi habeantur. Hi tempus terunt, otiosè loquuntur, pietatem lucrum putant; Dei donis et auditorum otio et patientiâ abutuntur: vanitatem suam æternæ suæ et auditorum salutis præferunt. Quot in uno facinorè reatus! Ut illos vitet doctor, suamque multiplicem damnationem, loquatur ut auditoribus proficiat; ideòque studeat à cunctis intelligi, omnium captui sese accommodans, utilia, aedificatoria, familiariter et clarè loquatur.

VERS. 10. — TAM MULTA, ET PUTA... Rationem dat ob quam inutiliter loquuntur: *ut puta*, etenim, nempe, *revera. Tam multa sunt linguarum, seu idiomatum GENERA IN MUNDO, ET NIHIL, id est, nulla gens sine voce, sine suo idiomate proprio.*

VERS. 8. — *Et enim si incertam vocem det tuba, haud distinguens ipso sonitu ad quid vocet homines, aut quid agendum monent. Quis parabit se ad bellum, id est, ad pugnam, ad prælium? Utiqve nemo, quia sonus tubæ indistinctus non hoc loquitur.*

VERS. 9. — *Ita et vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, id est, qui bene et clarè significet, sermonem vestrum interpretando feceritis intelligibilem;*

*Quomodo scietur id quod dicitur?* id est, quomodo id quòd loquimini, ab aliis intelligetur? Lingua enim est character, imago, index et nuntius mentis. Nam voces sunt notæ carum affectionum, que in animâ delitescunt.

*Eritis enim in aera loquentes; locutionem significans inutilitèr, ut quam nullus intelligit: sicut aërem verberare, pugnam significat inutilitèr, et quâ non latitur adversarius.*

VERS. 10. — *Tam multa, ut puta, genera linguarum*

VERS. 11. — SI ERGO NESCIERO... VIRTUTEM, id est, significacionem seu vim, quam vox, seu verbum habet significandi; ERGO EI, qui meam linguam non novit, BARBARUS; et ipse mihi BARBARUS erit; alter alterum reputabit barbarum. *Barbarus* à Græcis dicitur est, qui Græcè loqui nesciebat; hic autem *barbarus* est qui linguâ loquitur, quam alius non intelligit. Quot et in patria suâ et apud suos barbari qui sublimiores, non familiares; quia alta, rara, curiosa, intelligibilia dicunt, non simplicia, utilia et edificatoria; quia modo sublimi, non simplici et auditoribus accommodato loquuntur. Hi receduntur finis prophetici sermonis, v. 5 indicati; hominibus loquuntur ad edificacionem, exhortationem et solatium. Hic est finis à Deo intentus; eundem habeat Dei minister; ad eum suos sermones dirigat: ne si apud fideles barbarus fuerit, non intellectus et inutilis, et aliquando dicenti: *In nomine tuo prophetavimus*, respondeatur: *Non novi vos*.

VERS. 12. — SIC ET VOS, suppl. linguis ignotis loquentes, eritis ad invicem barbari; quod ut non sit, QUOSIAM AMULTORES ESTIS SPIRITU, id est, spirituum donorum, QUERITE, ut exuberetis ad edificacionem Ecclesie, seu appetite ea que vobis desunt, ut per ea perficiatis illa que habetis, et Ecclesia magis adificetur. Vel simplicius, et fortè melius cum D. Chrysost.: Sic et vos, id est, propterea, cum sitis charismatum amulatores, optate, ut ea habeatis, unde major proveniat Ecclesie utilitas.

Ex dictis hucusque concludit intentum: nimirum ut appetant utiliora ad edificacionem Ecclesie.

VERS. 13. — ET DEO..., id est, ac proinde qui LINGUA LOQUITUR ignotâ petat à Deo gratiam interpretandi. Aliqui igitur donum habebant ignotis linguis loquendi, quas non intelligebant, aut quas saltem non poterant explicare, hocque à Spiritu sancto.

VERS. 14. — NAM SI OREM...; dat rationem ob quam debeant petere gratiam interpretandi, que interpretatio est actus prophetie, ut dictum est v. 5. Simulque novâ ratione probat prophetiam esse dono linguarum utiliore, non tantum ad exhortationem, ut hucusque probatum est, sed et ad orationem, ut hic incipit ostendere.

sunt in hoc mundo; uti varias linguas audire contingit.

Et nihil sine voce est. Nihil, id est, nulla linguarum est sine voce, q. d.: Multæ sunt lingue, et queque suas habet voces.

VERS. 11. — Si ergo nesciero virtutem, hoc est vim et significacionem, vocis, ero ei, cui loquor: etc. Frustra sanè quisque loquitur quacumque linguâ, si non intelligatur: critique alter alteri non intelligenti barbarus.

VERS. 12. — Sic et vos, quoniam amulatores estis spirituum, donorum scilicet Spiritus sancti et gratiarum, de quibus cap. 12.

Ad edificacionem Ecclesie queritis, ut abundetis, a. d.: Petite et possite à Deo hæc dona abundè vobis donari; sed ita ut sitis utamini, non ad ostentacionem, sed ad edificacionem Ecclesie.

VERS. 13. — Et ideo qui loquitur linguâ, oret ut interpretetur. Quò ea que peregrinâ linguâ loquitur, ad aliorum intelligentiam proferre possit.

VERS. 14. — Nam si orem linguâ, spiritus meus

Exhortatio et oratio per linguam exercentur, sed sine interpretatione, que est actus prophetie, utraque minus utilis; cum interpretatione verò utilior est utraque; ergo petenda interpretatio. Quia autem oratio vel privata est, quando quis orat in seipso et pro se, vel publica, quando quis orat coram populo, et pro aliis, ut ait D. Thomas, de utraque oratione agit successivè; de privata hic, de publicâ v. 16. Itaque qui donum linguarum habet, petat et interpretandi donum, quia hæc interpretandi gratia ipsi habenti linguarum donum necessaria ad meliùs et utilius orandum.

NAM SI, ego, v. g., privatim OREM LINGUA mihi ignotâ, seu preces bonas quidem, sed linguâ mihi ignotâ proferam.

SPIRITUS MEUS ORAT, id est, affectus meus, cor meum, voluntas mea à Spiritu sancto mota, orat quidem seu anima mea ad Deum afficitur, Deo unitur, ad Deum elevatur per donum linguarum. Sumitur hic *spiritus* ut Act. 18, 25, ubi Apollo dicitur spiritu fervens.

MENS AUTEM MEA, id est, intellectus meus, quia non intelligit, SINE FRUCTU EST, id est, sine fructu refectiois; ait D. Thomas, seu non edificator. Fructus mentis est intelligere, et intelligendo refecti, ait Estius. Merore quidem sic orans sed non refectior; melius est autem mereri et refecti, quam mereri tantum. Seu melius est refecti et quoad intellectum, veritatis intelligentiâ, et quoad voluntatem, devotiois affectu, quàm refecti tantum quoad voluntatem, pietatis motu. Uno verbo melius est orare mente et corde quam corde tantum.

VERS. 13. — Quid ergo est, suppl. faciendum? ORATO SPIRITU..., id est, dabo operam ut non affectu cordis tantum orem, sed et mentis intelligentiâ; seu, ut non solum devotiois instinctum in corde concipiam, sed et orationis sensum mente percipiam.

PSALLAM SPIRITU, id est, psalms, cantica spiritualia, Dei laudes canam et devotiois affectu et mentis attentione. Orare, est necessitates à Deo petere; psallere, est laudes Dei canere; utrumque autem animo et intellectu faciendum.

orat, hoc est, spiritu meo refectior, mens autem mea sine fructu est. Mens hic idem est quod sensus, Aristotel. inquit: Quis est horum verborum sensus? Apostolus opponit hic linguam et mentem; sine verbum et sensum. Sensus autem hic idem est quod intelligentiâ, non activa, quâ scilicet sentiam, hoc est intelligam: sed passiva, scilicet, quâ sentiar, id est, intelligam ab omnibus. Passivè enim hic capitur sensus. Hæc ergo mens, id est, sensus, significatio et intelligentiâ linguarum mearum est sine fructu, quia nemo eam capit intelligitve, ut inde ad pietatem excitetur.

VERS. 13. — Quid ergo est? id est, quid igitur opus ut faciam? Sibi respondet verbis sequentibus.

Orabo spiritu, ut spiritus meus oratione meâ pascatur: orabo et mente, id est, orabo sensu et intelligentiâ, orabo intelligenter, ut aliis me sentire, id est, intelligere, possint. *Psallam spiritu, psallam et mente*. Alibi Paulus ad illud Psalm. 46, v. 8: *Psallite sapienter*, pro quo Hebraice est, *intelligentiâ*, quod Septuag. vertunt, *psallite intelligenter*, ut nimirum vos ipsi intelligatis et sapiatis ea que psallitis, et ut alii qui vos audiant, ea que psallitis intelligent.

VERS. 16. — CETERUM...; Syr., *alioqui*. Idem nunc ostendit de oratione publicâ, quod de privatâ jam dixit: scilicet quòd utilior sit cum interpretatione; utilior, inquam, non tantum ipsi oranti, sed etiam audienti. *Ceterum*, id est, alioqui, nisi donum habes interpretandi, si benedixeris, id est, si Deum publicè laudaveris, spernere, id est, corde tantum, scilicet linguâ tibi et aliis ignotâ laudes divinas proferes. Agitur hic de canticis spiritualibus, que fideles à Spiritu sancto moti, in medium proferbant in linguâ alienâ, ait Estius, et fusè probat Cornelius à Lapide.

QUI SUPPLET LOCUM IDIOTÆ, QUOMODO..., id est, quomodo qui rudis populi locum tenet, seu qui pro plebe respondet, ipseque rudis et illitteratus, seu laicus, aiant D. Chrysost. et Theophylactus: Quomodo, inquam, in fine precum tuarum, quas non intellexit, respondebit, AMEN? Amen, fiat, verum est. Est approbatio et adoptio precum ab episcopo seu sacerdote factarum.

Ab apostolorum temporibus, vel omnis populus, vel unus et singularis, populi locum tenens, dicebat, Amen, fiat, fiat. Verum est.

Quomodo preces approbabit et adoptabit, quas non intellexit?

Notat Cornelius à Lapide, quòd Amen, cum orationi preponitur, est affirmantis; cum postponitur, est vel confirmantis, vel concedentis, vel optantis.

VERS. 17. — NAM TU QUIDEM..., id est, tua Dei laus et benedictio bona quidem est et Deo grata, et tibi meritoria, quia pio voluntatis motu, Deo gratias agis.

SEN PROXIMUS EX EÂ NON EDIFICATUR, quia eam non percipit. Melior autem esset, si qui eam audiunt, intelligerent, et ex eâ edificarentur. Orandum ergo, ut cum dono linguarum, detur et interpretationis gratia.

#### Observatio dogmatica.

His præcedentibus versibus 14 et 16 abutuntur novantes ad dammandum Ecclesie morem, linguâ Latinâ, plerisque nunc ignotâ, publicum officium celebrandi; sed immeritò: primò, quia nulla paritas est inter orationes et benedictiones, de quibus agit hic D. Paulus, et publicum Ecclesie officium. Agit enim Apostolus de quibusdam orationibus, quas aliqui particulares, dono linguarum præditi, sive privatim recitabant, sive publicè proferbant; et quia hæc orationes erant novæ, et à privatis erant hominibus, ideo poterat eis error subesse: hincque idiota non poterat eis securè

ad citato.

VERS. 16. — *Ceterum si benedixeris spiritu*, etc. Si benedixeris, id est, si Deum laudaris tuâ linguâ et spiritu. Loquitur Paulus de benedictione psalmis et linguis, quas unusquisque ex spiritu proferbat ad cõmunem fidelium edificacionem. *Idiota*, est indoctus; rudis, linguarum expertus. Ita Chrysost., Syrus, Theophyl. Amen, dictio confirmantis et approbantis est apud Hebræos: Latine fiat, verum, firmiter ratumque sit. Amen, in prece verò tantum est optantis. Sic in oratione dominicâ subiungitur Amen, quasi significativum orationis. Psalm. 105. Et dicit omnis populus, fiat, fiat. Hebraicè, Amen.

VERS. 17. — Nam tu quidem bene gratias agis. Nimirum quatenus spiritu, id est, piâ animi devotio-

respondere: Amen. Publicum verò officium, ab Ecclesia approbatum et acceptum, et quod in nomine totius Ecclesie proferitur, certissime ab omni errore liberum est. Hinc etiam idiota potest ei cum securitate respondere: Amen. Secundò D. Paulus in toto hoc capite non velat, immò formaliter et expresse permittit orari in linguâ peregrinâ, dummodo fiat interpretatio; at hoc publicè ab Ecclesiâ, ubi vulgari sermone publica ab omnibus legi possunt officia; et ubi pastores ea publicè interpretantur.

Igitur immeritò obijciatur nobis D. Pauli doctrina, quæ fideliter observatur in Ecclesiâ. Etenim et Bibliæ et officia divina in vulgari linguâ habentur traducta et interpretata.

Denique morem immeritò sectarii damnant, quem omnes prorsus Ecclesie sequuntur, Syre, Ægyptiæ, Arabicæ, Græcæ, etc. Omnes enim linguâ vulgariter ignotâ publicum celebrant officium; linguâ scilicet, antiquâ Græcâ, Syriacâ, Ægyptiacâ, et quæ non sunt amplius in usu apud plebem, ut probat auctor Historiæ criticæ novi Testamenti, tom. 1, cap. 1. Equidem Ecclesie primis temporibus officium linguâ vulgari celebravit, et adhuc celebraret, nisi lingue Latine, per varias nationes Romanum imperium invadentes, multiplex facta fuisset immutatio; at nunc ob antiquitatis venerationem, et ob innumera vitanda incommoda, quæ ex infinitis propè nascerentur translationibus, primitivam linguam servat. Et in hoc omnes prorsus Ecclesie sunt conformes, si Protestantes excipias, quæ: in hoc, sicut et in multis aliis, verè fuerunt novantes. Idem fecere Judæi quod Ecclesia Christiana; perdidit enim lingue Hebraicæ in captivitate usque, semper tamen leguntur Hebraicè in synagogis. Hunc morem tempore Christi servabant, quem tamen Dominus nunquam damnavit; et hunc merem etiam nunc servant adhuc. De his videri potest Historia citata, loco citato.

VERS. 18. — GRATIAS AGO DEO MEO... Rursus suam circa donum linguarum testatur existimacionem, ob illud deo gratias agens. *Gratias ago Deo meo*, quòd omnium vestrum linguis loqui noverim; Græcè: *Plusquam omnes linguas loquor*. Hoc Dei donum est, illudque pluris facio, tantum abest ut contentum.

VERS. 19. — SED IN ECCLESIA... Nihilominus malo in fidelium conventu, quæque, id est, pauca verba, sensu meo; id est, sciens et intelligens que dico et ea valens interpretari; seu pauca verba, à me intellecta,

id facis, hoc est quod supra dixit eum qui loquitur linguâ, loqui Deo, et spiritu loqui mysteria, et semetipsum edificare.

Sed alter non edificatur, id est, proximus tuus nullum ex verbis tuis percipit fructum, non promovetur ad salutem.

VERS. 18. — Gratias ago Deo meo, etc. Omnium vestrum, id est, omnium gentium, que vobiscum et inter vos versantur, linguas loquor. Quasi dicat Paulus: Non elevi, nec vituperò donum linguarum, nam et ipse sed utor, sed non eo modo, quo vos in Ecclesiâ ad ostentacionem, sed ad edificacionem.

VERS. 19. — Sed in Ecclesia volo, id est, malo, quinque (paucissima) verba sensu meo (id est, intelli-

et aliis à me explicata, loqui ad illorum instructionem.

QUAM DECEM MILLIA, id est, innumera proferre in lingua peregrinâ et ab auditoribus non intellectâ. Hoc exemplo suo docet eos quid debeant optare et facere. Docet et paucis rectum concionandi modum: primò sciat et intelligit doctor que vult docere; secundò studeat illud paucis et claris verbis exprimere.

VERS. 20. — FRATRES, NOLITE PUERI... Ut hoc sum exemplum, sumque sensum et iudicium jam declaratum imitentur Corinthii, eos alloquens interpellat, eorumque circa donum iudicium ita corrigat, ut et puerilem illorum ob ea jactantiam humiliet.

NOLITE PUERI EFFICLI... Puerorum est ex apparentiâ de rebus iudicare; viorum verò prudentium, ex utilitate dijudicare; puerorum est de rebus spoliis, licet inutilibus gloriari; viorum autem solidâ astimare, appetere et de eis gloriari. Itaque cave, fratres, ne pueriliter, seu imprudenter ex apparentiâ de rebus iudicetis; linguas astimantes, quia quamdam exultant admirationem.

SED MALITIA PARVELI... Græc. : *Sed malitiâ puera-scite*, id est, quantum ad malitiam estote infantes. Quid est hoc? ne nôsse quidem quid sit vitium, ait D. Chrysostomus, quasi diceret: Opto quidem vos repuerascere, non quoad inopiam iudicii, sed quoad innocentiam animi, seu ut sitis ita simplices, ut malitiam non sciatis. Ne ergo, sicut pueri ex apparentiâ moveamini ad plures æstimanda, quia minis æstimanda sunt, et ad ardentius appetenda quæ minus utilia.

SENSIBUS AUTEM PERFECTI ESTOTE; SYR. : *Menibus autem perfecti*, etc., id est, viri perfecti, seu perfectæ ætatis et prudentes. Itaque ut viri prudentes attendite quid melius et quid utilius sit; illud æstimate, appetite, præferite; et consequenter prophetie donum, ut pote utilius dono linguarum, præferite, et illud magis appetite.

VERS. 21. — IN LEGE SCRIPTUM EST... Ut suo iudicio conformes Corinthii, linguas minis æstiment, ostentia, quâ intelligat loqui, ut et alios instruat, quam decem millia verborum in lingua peregrinâ, quoniam audientes non intelligant.

VERS. 20. — *Frater, nolite pueri effici sensibus, q. d.:* Mente, iudicio ac ratione nolite effici pueri, ut pueriliter ostentetis donum vestrum linguarum.

*Sed malitiâ parvuli estote*, id est, in malitiâ estote simplices, ut illa sit vobis incognita quasi infantibus: infantes sitis in malitiâ. Infans qui dari non potest, nullò minis nosse malitiam. Sic et christianus in malo sit infans, ut illud non nôrit, nec de eo fari aut disserere possit. Verbi gratiâ, non sciat quid sit amulatio, pollutio, fornicatio. Tertullianus: *Repuerascere, inquit, nos Apostolus iubet secundum Deum, ut malitiâ infantes per simplicitatem, ita demum sapientes sensibus simus.*

*Sensibus autem perfecti estote.* Sensibus, id est, mente, animo. Similes estote viris adultis et ætate perfectis, sensus habeatis exercitatos ad spiritualem boni malique discretionem.

VERS. 21. — *In lege scriptum est*, Isaia 28. Aliquando enim lex vocatur, non solus Pentateuchus, sed et Prophetæ, totumque vetus Testamentum. Ita Chrysostomus.

*Quoniam in aliis Anquis et labiis aliis loquar populo*

tendit ex Scripturarum testimonio, eas sæpè inutiles fuisse ad finem ad quem à Deo ordinatæ sunt; similique suum supradictum sensum et iudicium confirmat ipsius Dei testimonio.

*In lege.* Sub nomine legis comprehendit prophetas, sicut Christus Dominus, Joan. 15, 15, comprehendit et Psalmos. Itaque totum vetus Testamentum dicitur *Lex*. *In lege*, id est Isaia 28, 11 et 12, quem citat eodem sensu, sed non isdem verbis. Huius textus sensum litteralem vide apud Cornelium à Lapide; allegoricus enim est is, quem D. Paulus exponit.

IN ALIIS LINGUIS... id est, linguis peregrinis et diversis idiomatibus loquar eis, scilicet Judæis.

ET NEC SIC EXAUDIET ME, id est, nec tamen ad me convertentur, ait D. Chrysostomus. Hoc signum spiritualiter datum fuit ad Judæorum conversionem, scilicet in die Pentecostes; sed illi visis signis non crediderunt; ita D. Thomas. *Loquebantur variis linguis apostoli...*, Act. 2; eos audierunt Judæi, increduli tamen plerique permanserunt; ad Jesum non sunt conversi. Sed cur hoc fecit Deus, si non erant credituri? ut semper cerneretur facere quæ sua sunt, ait D. Chrysostomus.

Deus quæ sua sunt semper facit, et providentiam suam ostendit, etiamsi sciat eos non obtemperaturos, ut inexcusabiles sint. Theophylactus.

VERS. 22. — ITAQUE LINGUE... Hinc concludit quod lingua date sint Ecclesie, præsertim ad convertendos infideles; qui tamen sæpè non convertuntur, ut visum est in Judæis, v. 21.

PROPHETIE AUTEM... Prophetie verò donum, seu munus explicandi mysteria et veritates fidei, datum est præcipue propter fideles confirmandos, promovendos, consolandos, omnimodò ædificandos. Hoc enim supponit fidem. Et hos effectus in plerisque semper habet prophetia. Hinc tale donum magis utile, hincque magis æstimandum et appetendum. Hincque verum quod v. 19, dixit: *Malo quinque verbâ...*

VERS. 25. — SI ERGO CONVENIAT... Hoc idem pro-

luit. Sensus: Ego Dominus loquar populo huic Iudæico, variis et peregrinis linguis: scilicet per apostolos meos; quod quidem præcipue fuit impletum in die Pentecostes, Act. 2, qui aliis linguis non ad irrisionem, sed ad ædificationem loquebantur. Nam qui loquuntur linguis aliis, quasi balbi sunt et barbari non intelligentibus, et decidere videntur auditores; et ipsi vicissim audientibus habentur ridiculi, imò et insani, vel etiam temulenti. Unde quidam eorum qui apostolos audiebant variis loquentes linguis, irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti, Act. 2.

*Et nec sic exaudiet me, dicit Dominus.* Et nec sic quidem, id est, viso huiusmodi signo quod eis datus sum, audient, sive exaudiant me, id est, credent, obtemperabunt verbis meis quæ per apostolos loquar.

VERS. 22. — *Itaque linguas in signum sunt non fidelibus, qui jam credunt, sed infidelibus, ut credant.* Prophetia autem, id est, doctrina verbi Dei, et exhortationes, signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Signum, inquam, benedictionis, quâ Deus suos erudit et benedicit, id est, ad omne bonum incitat et promovet.

VERS. 25. — *Si ergo conveniat universa Ecclesia in unum, et omnes linguas loquantur (simul, mixtum, confusè, et tumultuariè), intrent autem idiotæ vel infideles,*

hat ab inconvenienti, quòd ex dono linguarum potest evenire, et quod ex prophetiâ non accidit; scilicet, non modò non prodest semper donum linguarum, sed aliquando nocet infidelibus et fidelibus, ut hoc astat:

SI CONVENIAT UNIVERSA ECCLESIA. Supponamus quòd tota quadam particulari ecclesia, seu vestra, seu alia in eundem locum conveniat; et quòd OMNES LINGUIS LOQUANTUR ignotis, nemine interpretante.

INTRENT AUTEM IDIOTÆ ACT INFIDELES, id est, supponamus et quod tunc in hanc ecclesiam intrent idiotæ, linguarum ignari; vel etiam quòd aliqui infidelis, curiositatis gratiâ, hùc subrepat.

NONNE DICENT QUOD INSANITIS, id est, nonne vos insanos reputabunt; quippe qui loquimini, quæ nullus intelligit. Quo casu, non modò non prosunt infidelibus, sed nocent lingue infidelibus et fidelibus. Porrò sic suum probat intentum Apostolus, ut et Corinthios de dono linguarum gloriabundos humiliet, dicens: *Quia insanitis.*

VERS. 24. — SI AUTEM OMNES PROPHETENT... Omnimò contrarium eveniet, si soli prophete loquantur, et linguæ vulgari christianas veritates explicent: tunc enim non soli fideles ædificabuntur, ut dictum est in v. 22, sed et si qui infidelis intraverit, non vos arguet et condemnabit, ut supra; sed ipse arguetur, convincetur et condemnabitur; id est, damnabilis demonstrabitur à prophetantibus.

SI AUTEM OMNES, unus scilicet post alterum, prophetent, id est, linguæ vulgari concionentur. INTRENT AUTEM, etc., CONVINCATUR AB OMNIBUS; scilicet prophetantibus. DUDICATELTER, id est, condemnatur, seu damnabilis demonstratur.

VERS. 25. — OCCULTA CORDIS EJUS... Nam prophete, lumine verbi Dei peccata, quæ in corde suo tecta gerit, detegent; eique manifestabunt.

ET ITA CADENS... id est, unde peccatorum suorum conscientia tactus, cadet pronus in faciem, seque peccatorem agnoscens, Deum prostrato corpore reverebitur et adorabit pro misericordiâ obtinendâ.

PRONCIANS... Palam affirmans quòd verè Deus est in vobis; cum per vos mira et miranda operetur: nonne dicunt quòd insanitis?

VERS. 24. — *Si autem omnes prophetent. Prophe-tare accipitur pro eo quòd est ex inspiratione divinâ proferre quodam occultis, præsertim pertinentia ad explanationem Scripturarum;* atque ex his auditores instruere.

*Intrent autem qui infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, quia nimirum ab omnibus prophetis, id est, doctoribus et concionatoribus, de sua infidelitate, malis moribus et vitis arguitur et increpatur.*

VERS. 25. — *Occulta cordis eius manifesta fiunt.* Dum sic apud se per doctrinam prophetarum redarguitur et dijudicatur infidelis aut illota; manifesta ei fiunt quæ prius in corde ipsius ita latebant, ut nec ipse qualia essent, agnosceret.

*Et ita cadens in faciem adorabit Deum,* id est, totò cordis et corporis humilitate verum Deum agnoscet, sibi que deinceps colendum statuet.

*Proncians quòd verè Deus in vobis sit,* id est, pro- tens, palam affirmans et testificans, aperte confitens

*Digitus Dei est hic.* Hinc sequitur quòd prophetia omni modo et omni casu sit utilior dono linguarum; hoc enim finem intantum sæpè non assequitur; scilicet, infidelium conversionem: imò è contra nocet aliquando fidelibus et infidelibus idiotis; prophetia verò non solum nunquam nocet, sed et ipsis infidelibus sæpè prodest. Ex his prophetiæ effectibus patet quid per prophetam intelligat Apostolus. Sed et in isdem effectibus videat evangelicus concionator finem, ad quem debet tendere; scilicet, per claram veritatem evangelicarum expositionem, ipsi peccatori secreta, quæ gerit in corde, peccata, reddere manifesta; eorumque enormitatem ita ipsis oculis exhibere, ut ob eam horreat, et contremiscat; horrens et tremens ad Dei iudicium sui pedes corrumpat; misericordiam et veniam imploraturus; sicut commutatus, conversus, humilitas ac contritus, Deum deinceps confiteatur, adoret atque colat.

VERS. 26. — *QUID ERGO EST?* Tot argumentis stabilità prophetiæ excellentiâ, jam statuit Apostolus, ordinis amator, quomodò in cælibus ecclesiasticis utendum sit Spiritus sancti donis.

Primò, statuit in genere, ut illis ad Ecclesie ædificationem utantur. Hæc enim est omnium charismatum finis. Vide hic Christianissimi fundamentum et regulam. Quomodò enim est artificis officium ædificare, ita etiam christiani proximis prodesse per omnia, divus Chrysostomus.

*Quid ergo est,* scilicet faciendum? interrogat, ut suis responsionibus instruat. Respondens ergo dicit: *Cum conventis ad cætos publicos, UNSCUTISQUE VESTRUM PSALMUM HABET, id est,* quicumque ex vobis divinitus movetur vel ad edendum, vel ad canendum psalmum. Etiam, ait D. Chrysostomus, olim psalmodos faciebant ex dono, et docebant ex dono. Per psalmum, intellige canticum spirituale ad Dei laudem.

DOCTRINAM HABET, id est, vel movetur interiori ad docendum, seu faciendam instructionem populo nillem.

APOCALYPSIM... vel ad explicandas latentes veritates per revelationem aliquam sibi factam;

LINGUAM... vel ad loquendum linguis peregrinis;

Deum christianorum esse verum Deum.

VERS. 26. — *Quid ergo (faciendum) est, fratres? Cum conventis (in ecclesia) unusquisque vestrum psalmum habet.* Quisque vestrum vel psalmum habet, id est, canticum aliquod spirituale, jam statuit Audeat. Ad hoc enim quidam peculiariter inspirantur.

*Doctrinam habet, Apocalypsim habet.* Doctrina sermo scientiæ est, id est, que scientiam comprehendit: *Apocalypsis* verò, que revelato est altiorum mysteriorum, comprehendit prophetiam, tanquam sermone sapientiæ per quem enuntianda est.

*Lingua habet, interpretationem habet.* Sensus est: Alius ex dono paratus est loqui peregrinâ lingua; alius verò donum habet quò lingua interpretetur.

*Omnia ad ædificationem fiunt,* id est, ad promovendam Ecclesiam Christi et singula ejus membra, in viâ spirituali. Charitas enim studium est, ubique ædificare, quatenus adest ædificandi materia. Nam et si alius non est quem ædifices, te ipsum ædificas.

VERS. 27. — *Sive linguâ quis loquatur.* Quòd si, inquit, linguâ quis loquatur, unus aut plures

INTERPRETATIONEM... vel ad interpretandum :  
 OMNIA AD EDIFICATIONEM : Hoc omnia decent ordine, et ad publicam conventus edificationem fiunt. Hoc est finis omnium donorum et talentorum a Deo datorum ; qui alius intendit, infidelis minister est, pravaricator est, fur et sacrilegus ; qui Dei dona sibi facit propria, eaque ad semetipsum, quasi ad finem dirigit.

VERS. 27. — SIVE LINGVA QUIS...; SYR. : *Quod si quis linguā loquatur.*

Secundò, statuit speciatim quomodò linguarum dono sit utendum in conventibus ; scilicet, ut duo tantum aut tres ad summum, successivè loquantur, et unus sit interpres, qui vulgari sermone fideliter explicet quæ linguâ peregrinâ dicta fuerint.

SECUNDUM DROS, id est, per duos hoc fiat, AUT ET MULTUM TRES, id est, ad summum tres, PER PARTES, id est, successivè, unus post alterum. Multi tunc dona sancti Spiritus habebant ; Apostolos autem, ut videtur confuso, vetat ne simul omnes loquantur ; et ne plusquam oportet prolongetur cætas ; vetat ne plusquam duo aut tres in eodem cœtu loquantur.

VERS. 28. — SI AUTEM NON FUERIT INTERPRES. SI non sit quis interpretandi donum habens, taceat qui linguarum donum habet, tempus expectans quò possit utiliter et cum edificatione loqui ; interim sibi soli ET DEO LOQUATUR, secretò, in corde, ne cæteros perturbet non intelligentes. SYR. : *Et inter semetipsum et Deum loquatur.*

VERS. 29. — PROPHETE AUTEM DUO.

Tertiò, statuit circa prophetas, ut duo vel tres successivè loquantur ; cæteri verò, prophete scilicet, judicant an id quod à prophetantibus dicitur, sit utilis et sanæ doctrine.

VERS. 30. — QUOD SI ALI... id est, si tunc temporis, seu uno prophetante, Deus alium ex prophetis sedentibus et audientibus afflaverit, et quid ei melius

*Secundum duas, aut ut multum tres.* Duo aut ad summum tres loquantur, scilicet in uno conventu.

*Et per partes,* id est, quisque seorsim, puta vicissim, ne fiat confusio.

*Et unus interpretetur,* hoc est, unus aliquis interpretandi dono præditus, statim interpretetur quod alius linguâ peregrinâ dixerit ; videlicet ne fructus careat huiusmodi sermò à nemine intellectus.

VERS. 28. — *Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesiâ ; quod si, inquit, nullus adsit qui possit interpretari, publicè in ecclesiâ non loquatur is qui donum lingue habet.*

*Sibi autem loquatur et Deo ;* tacitus et in corde loquatur sibi ipsi, id est, ad suam privatam edificationem ; quia jam alios edificari non potest. Item loquatur Deo, spiritu et pio affectu, quò ad orandum aut laudandum Deum movetur : quem utique affectum Deus, qui dedit, inspicit. Quod si faciat, non erit ei proptus inutilis donum hoc, etiamsi interprete destituitur.

VERS. 29. — *Prophete autem duo aut tres dicant, suas prophetas scilicet, sua dogmata, lumina, monita sibi à Deo aspirata.*

*Et cæteri, non valens, sed prophete, ut processit, diffident, ex dono sibi concessò, an id quod dicit propheta, sive doctor, sit verè propheta, id est, doctrina sana et utilis, nec ne.*

VERS. 30. — *Quod si alii aliquid melius revelaverit,*

revelaverit, ille qui prior propheta, taceat et det huic locum prophetandi. Hoc enim velle videtur Spiritus sanctus, novam suggerens revelationem.

VERS. 31. — POTESTIS ENIM...; SYR. : *Siquidem vos omnes potestis singulatim prophetare, ut quisque dicat, et quisque consolationem accipiat.* Quasi diceret : Hæc ratione, nimirum si servetur modus et ordo quem præscribo, poterunt omnes prophete ordine suo prophetare, ut omnes instructionem et exhortationem accipiant.

EXHORTENTUR, passivè sumendum.

VERS. 32. — ET SPIRITUS PROPHETARUM... Occurrit objectioni quæ potest hic fieri, quasi diceret : Nec est quod quis dicat : Sic moveor et divinitus urgeor ut vel non possim tacere (hoc spectat ad actum prophetantem), vel non possim differre ; hoc pertinet ad alios prophetas inspiratos.

*Et, id est, etenim ;* SYR. : *Siquidem spiritus prophetie subditus est prophetis.* Testis est Jonas, spiritui prophético resistens. Non est ergo de Dei prophetis, sicut de fanaticis idolorum vatibus, seu pythonibus ; hi enim à demonibus arrepti sic agebantur, ut suæ potestatis non essent ; spiritus verò propheticus est in potestate prophetarum ; hinc tacere possunt, ubi voluerint, et consequenter sibi invicem cedere, et vices suas expectare. Lenis est Spiritus Dei, et leniter prophetas agit ; hinc sic afflat eos, ut non cogat. Pacificus est Spiritus Dei : hinc pacem et ordinem amat ; neutrum perturbat. Spiritus propheticus à Deo quidem est ; homini tamen propheta subditur, quoad actum, ordinem et modum.

VERS. 35. — NON ENIM EST DISSENSIONIS DEUS... Deus est Spiritus pacis, non dissidii, SYR., *tumultus.* Esset autem spiritus dissidii et tumultus, si omnes impelleret ad loquendum simul. Unus ergo post alterum loquatur ; sicut ET IN OMNIBUS SANCTORUM ECCLESIIIS DOCEO.

*fuerit sedenti, et audienti, surgat ille et loquatur, ac prior propheta taceat et sedeat.* Mox enim erat, ut audientes sederent, loquentes starent.

VERS. 31. — *Potestis enim omnes per singulos prophetare.* Non omnes fideles, quia jam dixerat c. 12 : *Namquid omnes prophete ?* Sed omnes prophete donum habentes ; q. d. : Possunt omnes prophete sigillatim hæc ratione, si nimirum servent modum et ordinem, quem jam prescripsi, exhortari, ut omnes dicant, et omnes exhortentur, id est, exhortationem et consolationem accipiant.

VERS. 32. — *Et spiritus prophetarum, etc.* Ut possint prophete spiritum prophetie cohibere et tacere cum volunt, aliisque prophetis dare locum dicendi. Non enim aguntur ad verba eo impetu, quò fanatici idololatæ ; nam spiritus, vel donum prophetie, ait D. Thomas, non est habitus : sed partim est instinctus, et impressio lucis et veritatis, quæ Deus illuminat mentem prophetæ circa res futuras, obscuras, vel divinas : partim est vis, seu impetus, quò Deus cor tangit, movet et impellit ad prophetandum, sed liberè. Unde Jonas et Jeremias illi ad tempus resisterunt, ut et Moyses, Exodi 4.

VERS. 35. — *Non enim est dissensionis Deus, ut cogat hos illosve simul prophetare, tumultuari, et invicem interturbare.* *Dissensionis, quæ dictio propriè confusionem denotat, hoc est, turbatum rerum ordinem, ut in tumultu aut seditione.* *Sed pacis.* Vocatur

VERS. 34. — MULIERES IN ECCLESIIIS... ne de utroque sexu intelligatur quod dixit supra : *Potestis omnes prophetare,* silentium ita mulieribus indicit, ut nec interrogare permittat in ecclesiâ ; sed si quid non intellexerint, vult à viris suis petant. Debent ergo viri esse tam docti, ut suas uxores docere possint, ait Primasius ab Estio citatus.

SICUT ET LEX DICIT... Lex hic, sicut et v. 21, sanitur pro Scripturâ veteris Testamenti. Scriptura ergo, Genes. 52, 16, ait : *Sub viri potestate eris.* Hanc autem subjectionem vult Apostolus, ut suo silentio testentur.

VERS. 35. — TURPE EST ENIM... Addit quòd et hoc contra verecundiam, sexti femineo naturaliter inditum, foret, scilicet loqui publicè.

VERS. 36. — AN A VOBIS VERBUM DEI PROCESSIT... Ex hoc versu, et ex precedentibus 34, 35, fit valde probabile quòd Corinthii mulieres, sicut aperto capite orabant in ecclesiis, sic et publicè loquebantur, sive prophetantes, sive saltem interrogantes ; et propterea D. Paulus Corinthios, ob hunc morem, omnium Ecclesiarum consuetudini contrarium, acriter objurgans, ait :

*An à vobis, ó Corinthii, prodiit sermo Dei ? vosne aliorum doctores estis, ut mores et consuetudines stabilialis ?* ACT in vos solos... an ad vos solos venit, ut inmensatis aliis quiddam statutis ? Nec primi creditidistis, nec soli ; alios ergo consulere debueratis, et eis conformari.

Alii tamen hæc D. Pauli objurgationem intelligunt de quibusdam refractariis, qui ejus statutis acquies-

Deus pacis, quia nimirum pacis auctor est.

VERS. 34. — *Mulieres in ecclesiis taceant.* Etiam propheticæ, quia contra ordinem natura est et legis, Genes. 3, ut in conspectu virorum femine eis subdite loquantur ; ita Ambros. Jure, ait Anselmus, tacere jubetur femina, quæ cum loqueretur viro suo suasis peccatum, Genes. 2.

*Non enim permittitur eis loqui, subaudi in aliis ecclesiis, aut in ecclesiis sanctorum.*

*Sed subditus esse, sicut et lex dicit.* Legem accipit pro Scripturâ veteris Testamenti, Genes. 3 : *Sub viri potestate eris.*

VERS. 35. — *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.* Hinc, ait Primasius, viri adeo docti esse debent, ut uxores suas docere, et in rebus fidei instruere possent.

*Turpe est enim mulieri loqui in ecclesiâ ;* id enim est contra verecundiam illi sexti naturaliter inditam.

VERS. 36. — *An à vobis verbum Dei processit ?* q. d. : Nonne ante vos creditidistis ecclesia Judaica, Samaria, Palestina, Cyprus, et Syria. Insuperque ergo ordinem et morem illarum ecclesiarum, an ita de suis donis contendant, an ita linguas suas jactitent, de iisque tam puiliter gloriantur sicuti vos facitis ? Ita Ambrosius et Anselmus.

*Aut in vos solos processit ?* Sensus : An vos soli creditidistis ? Vestra ecclesia nec prima est nec sola, de his ergo priores imitari, et aliis ecclesiis vos conformare.

VERS. 37. — *Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis.* Si quis, inquit, eminet inter vos, et habetur tanquam excellens propheta, aut homo spiritualis,

cere notebat. Sed primus sensus naturalior videtur, et eumsequitur divus CHRYSOSTOMUS, Theophylactus, et Ambrosius. — *Si quis inter vos creditur esse indubitanus propheta, vel à Spiritu sancto afflatus, hic, per me licet, cognoscat quæ scribo vobis.* Quasi diceret : Cupio hoc ei ostendi, communicari ; certus scilicet quòd non contradicat, sed deprehendat quòd Christi DOMINI MANDATA SUNT, quia hæc non meo motu proprio, sed ex divinâ inspiratione dico et statuo.

VERS. 38. — *Si quis autem ignorat...* Si quis autem hoc vult ignorare, aut de hoc dubitare, ignorabitur ; Græc. : *Ignotus esto ;* SYR. : *Ignorat, seu, ignorans esto ;* id est, ipse vicissim ignorabitur, improbiatur à Christo Domino. Spreta enim ejus in me, legato suo, auctoritas, Deum habebit vindicem. Dicenti : *Nomen in nomine tuo prophetavius, Christus Dominus respondebit : Non non vos.*

VERS. 39. — *Itaque, fratres mei...* Redit ad id, unde tantisper divertit, et concludens, omnia ad tria reducit ; primum, ut expectant præcipièdum prophetie, quia melius et utilius ; ÆMULAMINI PROPHETARE ; secundum, ut neminem dono linguarum præditum probeant loqui, eo quo dictum est ordine et modo : ET LOQUI LINGUIS NOLITE PROBERE.

VERS. 40. — *OMNIA AUTEM HONESTÈ...* Tertium, ut omnia cum honestate et ordine fiant in eorum cælibus. Decorè autem et ordine fient, si ii qui linguas loquuntur, cum interpretatione loquantur, et non velut insanientes ; si prophete sibi mutuo cedant ; si femine conticeant, Theophylactus.

*cognoscat quæ scribo vobis, quoniam Domini sunt mandata ;* Domini non per se, sed per me jubentis, ut hic ordo in vestris cælibus et collationibus servetur. Nam sensus est : Ille propheta aut spiritualis iudicet atque cognoscat, ea quæ scribo vobis, esse præcepta Christi Domini : propheta quidem, ex dono prophético ; ac si diceret : Hæc per me vobis præcipit Christus : idque veri prophete et spirituales ignoreare non debent.

VERS. 38. — *Si quis autem ignorat, etc., q. d. :* Qui non vult agnosce hæc leges et potestatem meam, ignorabitur, id est, improbiabitur à Deo, dicente : *Nescio vos ; nam qui vos audit, me audit ; qui vos spernit, me spernit.* Sensus est : Si quis non agnoscat, hæc esse Domini mandata, nec meis verbis, nec iudicio prophete, aut hominis spiritualis acquiescit, sed mavult ignorare ; vicissim ignorabitur à Domino, auctoritas illud cum reprobris : *Nescio vos ;* id est, Dominus eum non agnosceat pro suo.

VERS. 39. — *Itaque, fratres, æmulamini prophetare, quoniam, inquit, simulatores estis spirituum, id consequi studete quòd mosis edificat, id est, donum et actum prophetandi potius quam loqui linguas.*

*Et loqui linguas nolite probere, id est, ne rejicite tanquam inane aut inutile. Habet enim et illud suam utilitatem, modo quis in tempore itatur.*

VERS. 40. — *Omnia autem honestè, etc.* Ad honestatem et decetiam pertinet, ne mulieres in ecclesiâ loquantur. Id enim turpe est, ut antè dicit. Ad ordinem, ne quibus loqui licet, plures simul loquantur, sed singuli, alius post alium. *In vobis, id est, in publico vestro conventu.*

*Collarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.*

1° Discamus singuli quomodo charitatem cæteris omnibus præferre et super omnia desiderare debeamus. Illam toto vitæ tempore debemus persequi, si abscesserit à nobis; custodire, si adsit; et non custodire tantum, sed et augere, colere, perficere. Vide dicta v. 1, et observationem moralem.

2° Notet divini verbi concionator tria sui ministerii munia: ædificare, hortari, solari; ædificare incipientes, hortari proficientes solari afflictos. Recordetur quod hæc tria sint finis prophetici sermonis, à Deo intentus, et ab Apostolo nobis indicatus, v. 3. Ad

#### CAPUT XV.

1. Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium quod prædicavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis.

2. Per quod et salvamini, quâ ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

3. Tradidi enim vobis inprimis quod et accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas;

4. Et quia sepultus est, et quia resurrexit tertiâ die secundum Scripturas;

5. Et quia visus est Cephæ, et post hoc undecim;

6. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt;

7. Deinde visus est Jacobo, deinde apostolis omnibus;

8. Novissimè autem omnium tanquam abortivo visus est et mihi.

9. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

10. Gratia autem Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit; sed abundantius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum.

11. Sive enim ego, sive illi, sic prædicamus, et sic credidistis.

12. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrexerit mortuorum non est?

13. Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.

14. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides vestra:

15. Invenimur autem et falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.

16. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.

17. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris.

18. Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt.

hunc ergo finem suos sermones dirigat evangelicus propheta. Caveat autem vitia, v. 9 et 11 notata: no vocem in acra spargat, v. 9; ne sit apud suos barbarus, v. 11; sed bona concionis effectus intendat, v. 25 indicatos. Quos ibi videat.

5° Omnis Dei et Ecclesie minister discat ex v. 26 quis sit omnium prorsus ministeriorum, omniumque donorum et talentorum à Deo acceptorum finis, scilicet ædificare. Hunc ergo finem semper intendat; aliàs prævaricator, fur et sacrilegus erit. Vide v. 26.

#### CHAPITRE XV.

1. Il ne me reste plus maintenant, mes frères, qu'à vous faire souvenir de l'Évangile que je vous ai prêché, que vous avez reçu, dans lequel vous demeurerez fermes,

2. Et par lequel vous êtes sauvés, pour que vous le reteniez comme je vous l'ai annoncé, puisque autrement ce serait en vain que vous auriez embrassé la foi.

3. Car, premièrement, je vous ai enseigné, et comme donné en dépôt ce que j'avais moi-même reçu, savoir: que Jésus-Christ est mort pour nos péchés, selon les Écritures;

4. Qu'il a été enseveli, et qu'il est ressuscité le troisième jour, selon les Écritures;

5. Qu'il s'est fait voir à Céphas, puis aux onze apôtres;

6. Qu'après il a été vu en une seule fois de plus de cinq cents frères, dont il y a plusieurs qui vivent encore aujourd'hui, et quelques-uns sont déjà morts;

7. Qu'en suite il s'est fait voir à Jacques, puis à tous les apôtres;

8. Et qu'enfin, après tous les autres, il s'est fait voir à moi-même qui ne suis qu'un avorton.

9. Car je suis le moindre des apôtres, et même je ne suis pas digne d'être appelé apôtre, parce que j'ai persécuté l'Église de Dieu.

10. Mais c'est par la grâce de Dieu que je suis ce que je suis, et sa grâce n'a point été stérile en moi; mais j'ai travaillé plus que tous les autres, non pas moi toutefois, mais la grâce de Dieu avec moi.

11. Ainsi, soit que ce soit moi, soit que ce soient eux qui vous prêchent, voilà ce que nous vous prêchons tous, et voilà ce que vous avez cru.

12. Puis donc qu'on vous a prêché que Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts, comment se trouve-t-il parmi vous des personnes qui osent dire que les morts ne ressuscitent point?

13. Que si les morts ne ressuscitent point, Jésus-Christ n'est donc point ressuscité.

14. Et si Jésus-Christ n'est point ressuscité, notre prédication est vaine, et votre foi est vaine aussi.

15. Nous serons même convaincus d'avoir été de faux témoins à l'égard de Dieu, puisque nous avons rendu témoignage contre Dieu même, qu'il a ressuscité Jésus-Christ, qu'il n'aurait pas néanmoins ressuscité si les morts ne ressuscitent pas.

16. Car si les morts ne ressuscitent point, Jésus-Christ n'est point aussi ressuscité.

17. Que si Jésus-Christ n'est point ressuscité, votre foi est vaine; car vous êtes encore dans vos péchés.

18. Ceux qui sont morts en Jésus-Christ ont donc péri sans ressource.

19. Si in hæc vitâ tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

20. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitivæ dormitionum:

21. Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.

22. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur,

23. Unusquisque autem in suo ordine: primitivæ Christus, deinde ii qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt.

24. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem.

25. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.

26. Novissimam autem inimicæ destructur mors; omnia enim subjecta sub pedibus ejus. Cum autem dicat:

27. Omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subjecti ei omnia.

28. Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei qui subjecti sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.

29. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid et baptizantur pro illis?

30. Ut quid et nos periclitamur omni hora?

31. Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.

32. Si (secundum hominem) ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducamus et bibamus, cras enim moriemur.

33. Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala.

34. Evigilate, justi, et nolite peccare; ignorantiam enim Dei quidam habent: ad reverentiam vobis loquor.

35. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient?

36. Inspiciens, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur.

37. Et quod seminas, non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alioquibus cæterorum.

38. Deus autem dat illi corpus sicut vult; et unicuique seminum proprium corpus.

39. Non omnis caro eadem caro; sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piscium.

40. Et corpora cælestia, et corpora terrestria; sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium.

41. Alia claritas solis, alia claritas lune, et alia claritas stellarum; stella enim à stellâ differt in claritate.

42. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione.

19. Si nous n'avions d'espérance en Jésus-Christ que pour cette vie, nous serions les plus misérables de tous les hommes.

20. Mais maintenant Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts; il est devenu les prémices de ceux qui dorment.

21. Car, comme la mort est venue par un homme, la résurrection des morts doit venir aussi par un homme.

22. Et comme tous meurent en Adam, tous revivront aussi en Jésus-Christ,

23. Et chacun en son rang: Jésus-Christ d'abord comme les prémices, puis ceux qui sont à lui, qui ont cru en son avènement.

24. Et alors viendra la consommation de toutes choses, lorsque Jésus-Christ aura remis son royaume à Dieu son Père, et qu'il aura détruit tout empire, toute domination et toute puissance.

25. Car Jésus-Christ doit régner jusqu'à ce que son Père lui ait mis tous ses ennemis sous ses pieds.

26. Or la mort, le dernier ennemi, sera détruite aussi; car l'Écriture dit que Dieu lui a mis tout sous les pieds, et lui a tout assujéti. Mais quand elle dit: 27. Que tout lui est assujéti, il est indubitable qu'il en faut excepter celui qui lui a assujéti toutes choses.

28. Lors donc que toutes choses auront été assujéties au Fils, alors le Fils sera lui-même assujéti à celui qui lui aura assujéti toutes choses, ainsi que Dieu soit tout en tous.

29. Autrement, quelle raison auraient ceux qui sont baptisés pour les morts, s'il est vrai que les morts ne ressuscitent point? pourquoi sont-ils baptisés pour les morts?

30. Et pourquoi nous-mêmes nous exposons-nous à toute heure à tant de périls?

31. Car il n'y a point de jour que je ne meure, je vous en assure par votre gloire, mes frères, dont je puis me glorifier en Jésus-Christ notre Seigneur.

32. Si, pour parler selon l'homme, j'ai combattu à Ephèse contre des bêtes féroces, quel avantage en tirerai-je si les morts ne ressuscitent point? Ne pensons qu'à boire et à manger, puisque nous mourrons demain.

33. Ne vous laissez pas séduire: les mauvais entretiens corrompent les bonnes mœurs.

34. Réveillez-vous, justes; et ne vous laissez point aller aux péchés; car il y en a parmi vous quelques-uns qui ne connaissent point Dieu. Je vous le dis pour vous faire honte.

35. Mais, dira quelqu'un, comment les morts ressuscitent-ils? quel sera le corps dans lequel ils reviendront?

36. Insensé que vous êtes! ce que vous semez ne reprend point de vie, s'il ne meurt auparavant.

37. Et quand vous semez, vous ne semez pas le corps de la plante qui doit naître, mais la graine seulement, comme du blé ou de quelque autre chose.

38. Mais Dieu lui donne un corps tel qu'il lui plaît, et il donne à chaque semence le corps qui est propre à chaque plante.

39. Toute chair n'est pas la même chair; mais autre est la chair des hommes, autre est la chair des bêtes, autre est celle des oiseaux, autre celle des poissons.

40. Car il y a des corps célestes et des corps terrestres; mais les corps célestes ont un autre éclat que les corps terrestres.

41. Le soleil a son éclat, la lune le sien, et les étoiles le leur; et même entre les étoiles l'une est plus éclatante que l'autre.

42. Il en arrivera de même dans la résurrection des morts. Le corps maintenant, comme une semence, est semé plein de corruption, et il ressuscitera incorruptible.